

Cæterum Ozænicus noster, quem probèno-  
sti, tam bene nunc se habet, vt nil suprà, adeò vi-  
ante menses aliquot, formosam & sanam puer-  
læm ex vxore sua progenuerit. His vale a-  
mantissime D. VRSTISI cum tuis omnibus,  
quos tecum ego & vxor mea salutamus. Ra-  
ptim. 8. Julij. 1609.

## OBSERVATIO XXIV.

*Ex suffitu Ophthalmia.*

**C**Æmentarius quidam Paterniaci, cu-  
aéri frigidiusculo in riuulo quodam  
frigido fundamenta iaciendi gratia operatu-  
esser, dolore obtuso tibiarum cum stupore ali-  
quo correptus fuit.

Neglexit morbum, admonitiones consilia-  
que mea spreuit, & Empiricos, nec no-  
artis planè imperitos tantum homines ad-  
hibuit. Res tandem eò deuenit, vt nunc  
non nisi fossulcris, & quide[m] maxima cum  
difficultate incedere possit, tanta in nervis  
& neruosis partibus labefactatio, summa-  
que imbecillitas exorta est. Cæterum unus  
ex istis nebulonibus, quùm mira in affectu isto  
præstare vellat, suffitum ex cinabrio, antimo-  
nio, & similibus, nullo modo præparato cor-  
pore adhibuit. Hinc imbecillitas crurum mi-  
rum in modum auæta fuit. Et quia in ipsa admi-  
nistrazione suffitus oculorum ratio habita non  
fuerat,